Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



clx

Fratres. Libenter sufferetis Dnica in. lx. ad corinthios
insipientes. cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis
enim si quis vos in seruitutem redigit. si quis devorat. si quis
accipit. si quis extollitur. si quis in faciem vos cedit. secun
dum ignobilitatem dico. quasi nos infirmi fuerimus in hac
parte. In quo quis audet in insipientia dico audeo. et
ego. Hebrei sunt. et ego. Israelite sunt. et ego. Semen abra
he sunt. et ego. Ministri xpi sunt. et ego. Vt minus sapi
ens dico. plus ego. in laboribus plurimis. in carceribus
habundantius. in plagis super modum. in mortibus frequenter.
A iudeis quinques quadragenas una minus accepi. Ter
virgis cesus sum. semel lapidatus sum. ter naufragium
feci. Nocte et die in profundo maris fui. In itineribus sepe.
periculis fluminum. periculis latronum. periculis ex generibus.
periculis ex genere. periculis in ciuitate. periculis in solitu
dine. periculis in mari. periculis in falsis fratribus. In labo
re et erumpna. in vigiliis multis. in fame et sitis. in ie
iuniis multis. in frigore et nuditate. Preter illa que ex
trinsecus est instantia mea cotidiana solicitudo omni
um ecclesiarum. Quis infirmatur et ego non infirmor. Quis scan
dalizatur et ego non uror. Si gloriari oportet. que infirmi
tatis mee est gloriabor. Deus et pater domini nri ihu xpi seu
qui est benedictus in secula. quod non mentior. Damascenus prepositus
gentis arethe regis custodiebat ciuitatem damascenorum
ut me comprehenderet. Et per fenestram in sporta dimis
sus sum per murum. et sic effugi manus eius. Non gloriari
oportet. non expedit quidem. Venio autem ad visiones.
et reuelationes domini. Scio hominem in xpo ante annos